1761. (Czartoryski Adam
Oda...

O D E

In illud Poëtæ:

Si vis nubere, nube pari.

Cum ADAMUS, Dux in Klewan & Zukow, Princeps CZARTORYSKI Generalis Terrarum Podoliæ Præfectus, ELISABETHAM Comitem de FLEMING, Supremi M. Ducatus Lithv. Thesaurarii Filiam, sibi connubio felici jungeret.

1761. 19. Novembris.

ET pares secum sociare dextras,
Et pares inter similesque, sacris
Nuptiis, gaudent hilares adesse
Dîque Deæque.

Sorte quid fausta, meliusque lectum,
Par ut est istud ? quod utrimque jures
Invicem natum sibi, grande feri
In decus ævi.

E Jagellonum ferie vetusta.
Si Ducem clarum traho? par origo
Ex avo, Nuptæ; propiusque se fons
Dividit idem.

Parte iam quantum thorus ex utraque
Splendeat? quali radietque luce
E Siêniâvitis, Lubomiriisque,
Valsteniisque?

Balthici quondam domini potentes
Littoris, quanto, veteres Flemingi,
Nomen illustrent thalamosque sponsæ,
Lumine? specto.

Quæve fortunæ coeunt in unam,
Cerno privatos superare census:
Ipse sed novit Plutus, hæc, an ille,
Ditior Hæres?

Hic opes, ætas, genus, & venustas,
Mutuo certant, parilisque virtus,
Dona naturæ, simul & magistræ
Palladis artes.

Diva nec Latona, Parens, jugandæ
Anxiam quæ das operam juventæ,
Lectius quidquam numeres, perenni
Fædere junctum.

Candidum spectes animum, probosque
Si Ducis mores? sapientiamque
Præcocem, Gallis, Italisque miram, &
Usque Britannis?

Si canant, (ut nil cecinisse Musæ
Verius possunt:) Patriæ decus, Dux,
Spes, amor Gentis, Populi voluptas
Deliciumque!

Spiritu si raptus Apollinari,
Præscius seri penitus futuri, è
Rupe Parnassi, hoc sine fraude, Vates,
Præcinat omen:

Castra majori Duce, nec Senatus
Patre clarescet sapientiore,
Nec Themis Consο, meliore nec Res-
Publica Cive:

Approbant Carmen, sed idem sonoro
Replicant plectro Aoniæ Camenæ,
Ac Viro dignæ, super astra tollunt
Numen Elisæ.

Gratiis nil jam superesse ternis,
Nilque Pandoræ superesse jactant,
Quo novo possint decorare celsam
Munere Nuptam.

Quippe Junonis, Veneris, Minervæ
Esse decantant opus absolutum.
Prorsus ô tali nisi, talis uxor,
Digna marito!

Deligunt Dî, quos cupiunt jubentque
Esse felices. Male cæcus unit
Quæ Puer connubia, sempiternus
Jupiter odit.

Dispares temnit: [illegible]busque, prisco
Stamen ex auro, (nituere quali
Sæcla Saturni) jubet, arte cautas
Ducere Parcas.

Nos Patri, purum: niveoque tectum
Farre, bissena vice, pluriesque,
Nescium mortis, feriemus Agnum, &
Semper eundem;

Fertili frugum pecorumque terra,
Messibus Vos & beet ut trecentis,
Sospites, salvos: * similique faxit
Prole beatos.

* Hoc idem fauste precatus est Benedictus XIV. Adamo Principi sibi plurimum dilecto: *Redi care Princeps in Patriam tuam felix: nube auspicato, & te tuosque, simili Tui Prole, fortunatos redde.*

ODA PRZETŁUMACZONA.

Na te słowa Poety:

Chcesz li się żenić? żeń się z rowną.

Gdy ADAM Xiążę na Klewanie y Zukowie CZARTORYSKI, Generał Ziem Podolskich, ELZBIETĘ Hrabiankę z FLEMINGOW, Podskarbiego Wielkiego Litew: Corkę, brał za dożywotnią Przyiaciołkę.

Y Rowne z sobą łączyć wiecznie Pary,
Y pod czas rowney serc Slubnych Ofiary,
Obecni lubią bydź w wesołym gminie
Bogi, Boginie.

A coż szczęśliwiey nad tę Parę może
Dobrać się? ktora, przysiągłbyś na to, że
Zrodzona iest dla złączenia się z sobą,
Z wiekow ozdobą.

Ježli

Jeźli Xiążęcia z dawney Jagiełłona
Krwi wiodę? Też ma, nowo Zaślubiona,
Z Dziada. Nie dawno wßak iednęż na dwoie
Dzielą się zdroie.

Jak się ta z dwoch stron łożnica oświeca?
Co to w około niey się świateł wznieca?
Co ma z Sieniawskich, z Lubomirskich, ceny?
Y z cney Walßteny?

Jaki Małżonce daią starożytni
Lustr Flemingowie, waleczni y bitni?
Brzegow Baltyckich od Pomorskiey ściany,
Wßak z dawna Pany.

Jakie fortuny schodzą się obiedwie?
Xięstwa udzielne wystarczą im ledwie:
Lecz sam Plut lepiey wie, ten li, ta li, czy
Więcey dziedziczy?

Tu Rod, bogactwa, piękność, y wiek złoty,
Z sobą się ważą, y iednakie cnoty,
Dary natury, Dary, ktore czyni
Pallas Mistrzyni.

Co o dobranie młodzieży się mile
Troßczeß Latono, y staraß się tyle;
Przybranych lepiey, nigdyć do Ołtarza
Wieść się nie zdarza.

Czy piekną Dußę w rzadkim tym Człowieku,
Czy mądrość zważaß wielką w młodym wieku,
(Włosi, Francuzi, dziwuią się ony,
Y aż Bretony.)

C

Czy Muzy, (iak nic prawdziwszego) pieią :
Xiążę, Oyczyzny zaszczytem, nadzieią,
Miłością Kraiu iest, y aż do cudu,
Roskoszą ludu :

Czy przyszły czas wskroś przenika , á w Nieba
Porwany duchem Wieszcz gwałtownym Feba,
Te nieobłudne (z Parnassu Opoki)
Spiewa wyroki:

Senat nad niego Rady, Mars nie będzie
Mieć Wodza; Konsa Themis w Sęskim rzędzie,
Ni nań lepszego Syna, (to w siwym przyzna
Czasie) Oyczyzna.

Te o Nim wrożby ztwierdzaią, lecz drugie
Aońskie lutnie, brzmią pochwały długie,
Elizę, godną Męża , swemi głosy
Niosąc w Niebiosy :

Ze iuż y Siostrom nic nie zbywa trzema,
Bo y Pandora nic takiego nie ma,
Coby Elizie mogły ieszcze przydać,
Nic w nich nie widać.

Więc że Junony, Wenery, Pallady,
Dziełem skończonym iest, twierdzą bez zwady.
Takiey Małżonce, taki Mąż, nie inny,
Był z Niebios winny.

Tych, co szczęśliwych Bog chce mieć, dobiera.
Ktorych zaś, Chłopiec ślepy, nie doziera
Iak są dobrani, Jowisz nienawidzi,
Niemi się brzydzi.

Niero

Nierowne, gardzi: rownym, z złota każe
Dawnego (iakie wiek Saturna aże
Prządł) Parki przędzę by ſnuły oſtrożne,
Na lata pożne.

My z ukrytego pod chlebem bez ſkazy
Baranka, za Was Ofiarę ſto razy
Uczyniem: (ktory żyie nieśmiertelnie,
Ten ſam rzetelnie.)

By w zboża, w ſtada plonna, ziemia czyſta,
Wam, zawſze zdrowym, wydała żniw trzyſta:
Przez wam podobne uſzczęśliwcie plemię,
Y Was, y ziemię.